S. D. N. PAVLI DIVINA PROVIDENTIA PP. III.

Bulla

NOVAE PROROGATIONIS SAcroſancti Generalis Concilii.



M: D. XXXVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


S·PETRVS·
S·PAVLVS
PAVLVS·PP·III

Paulus Epiſco pus ſeruus ſeruo rum Dei. Ad futuram rei Me moriam.

VNiuerſi populi chriſtiani curã nobis licet ĩmeritis diuinitus cõmiſſam ſuſtinentes in terrris officii noſtri partes eſſe putamus,ut ſi quid idẽ populus ob temporum conditiones facere omiſerit quod ad pietatem erga deum ſuã pertineat, per nos ut id cõmode exequi ualeat opportune prouideatur, præcipue Principum uotis & precibus nos ad id impellẽtibus, Alias

cum ſtatum chriſtianitatis hinc diuerſis hæreſibus turbatum, inde diſſidẽtibus inter ſe chriſtianis Principibus turcharũ minis ac uiolentiæ expoſitum uideremus, œcumenicum uniuerſale ac generale concilium Mantuæ & deinde mãtua nobis denegata, Vincẽtiæ indiximus celebrandum: ſpem certã in ipſo Deo reponentes poſſe nos per illud ipſas hæreſes extinguere, & facile Turcharũ impetus retundere. Præteritis ãt mẽſibus cum tempus ipſum cõcilii celebrationis inſtaret, noſq; propterea ꝙ ad ciuitatẽ Niceæ proficiſcebamur ut pacem & concordiam inter chariſſimos ĩ chriſto filios noſtros carolum Romanorum imperatorem ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem chriſtianiſſimum toties per litteras Nuntios ac legatos noſtros fruſtra tentatam per nos ipſos ſi

qua uia fieri poſſet concluderemus, ip
ſi concilio perſonaliter intereſſe ſtatu
to tempore nequiremus, tres legatos
noſtros & apoſtolicæ ſedis uidelicet
uenerabilem fratrem Lau. Epiſcopū
ſabinen. & dilectos filios Iaco. ſancti
Apollinaris ac Hieronymū ſancti Gri
ſogoni titulorū preſb. S. R. E. Cardi
nales Vincentiā miſimus. Noſq; ad di
ctam ciuitatē Niceæ profecti ibi utri
uſq; Principis colloquiū (quod antea
magna cū inſtantia procurauerāmus)
habuimus: & a Dei miſericordia tan-
dem impetrauimus, ut ſi non plenam
pacē (in quam omnes neruos noſtra-
rum actionum tunc intendimus at re
cōciliationem) animorum ſuſpenſio
nem armorum, induciaſq; decenna
les ante noſtrum inde diſceſſum uide
rimus conſtitutas. Cum āt & antea &
nuperrime ipſi legati noſtri ad nos ſcri

pſerint neminē ex cōuenturis Vincē,
tiam ad concilium ueniſſe : & uterq;
princeps facta per nos in ipſo colloqo
de celebratione concilii mentione ſua
quiſq; regna a quibus aliquandiu ab
fuerat reuiſere cupiens, ipſos cōuentu
ros (quorū magna pars cum ipſis prī
cipibus erat) ad propria ad aliquod tē
pus redire cupiebat ad ueniendum ad
ipſum concilium expectari, idemq; ca
riſſimus quoq; ī xp̄o filius noſter Ferdi
nādus Romanorū ac Hungariæ & Bo
hemiæ Rex illuſtriſ. pro prælatis re
gnorum ſuorū per ſuas litteras petie-
rit. Nos conſiderantes præſentem ſta-
tum chriſtianitatis generali omnium
nationū ac frequēti pſonarū ad id cō
uēturarū cōcilio ſi unq̄ antea in p̄ſen
ti indigere, exiſtimanteſq; ceteros con
uenturos ut ipſius colloquii finem ui-
derēt aduentum ſuum ad dictam ciui

tatem Vincētiæ diſtuliſſe magnis dei
beneficio iactis inter ipſos principes
pacis fundamentis, illāq; interim ple-
ne confectum iri, ſicq; concilium ipm
felicius ac ſanctius celebrari, & opta-
tus fructus īde colligi poſſe ſperātes:
ipſos conuenturos aduenīēdum ad ip-
ſum concilium uſq; ad feſtum paſcha
tis reſurectionis. D. N. Ieſu chriſti ꝓ
xime uenturū expectandos duximus,
& expectari uolumus. Ipſis legatis om
nibuſq; & ſingulis aliis quacūq; digni-
tate fulgentibus ad quos quomodoli-
bet ſpectare poſſit, ne interim circa ip
ſam celebrationem procedāt aut mō
aliquo ſe intromittant in uirtute ſan-
ctę obedientiæ mandantes. NVLLI
ergo omnino hominū liceat hanc pa
ginam noſtræ uoluntatis & mandati
infringere uel ei auſu temerario con
traire: ſiquis autem hoc attētare pre-

ſumpſerit indignationem omnipotē
tis Dei ac beatorum Petri & Pauli
apoſtolorum eius ſe nouerit incurſu-
rum. Datum Genuę Anno Incarna-
tionis Dominice Milleſimoquingente
ſimo trigeſimooctauo Quarto Kal.
Iul. Pontificatus Noſtri Anno quarto

Fabius Vigil.

B. MOTTA

Viſa Iac. de Fredelicis.

